

G. R.
403
21.

In
4373

VINDICIAE WEISSENBURGENSIS
COENOBII

SECUNDVM VERAM ORIGINEM ET FORTVNAM

DATAE

IN ILLVSTRI AFRANEO

PRAESIDE

M. THEOPHILO GRABENERO

RECTORE


RESPONDENTE

GOTTHELF FRIDERICO HILDEBRAND

DRESDENSI

AD D. XVIII. DECEMBR.

∞ ICCCXXXI.



MISENAE, EX OFFICINA LOEWIANA.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

VINDICIAE CVRIAE SACRAE
WEISSENBURGENSIS SECVNDVM VERAM
ORIGINEM ET FORTVNAM DATAE

THESIS I.

Curia sacra Weissenburgensis, ad *Vogesi* radices, et amnem *Lutaram*, in *Alsatia* inferiore, loco amoenissimo, sita, atque olim cum ipsa urbe *Vasgauiae* contributa, quamvis praefecturae *Nemetensis Episcopi* esset adscripta, ab origine tamen sua cum *Fuldensi*, *Campidunensi*, et *Murbacensi*, inter Germanici imperii clientelas principali dignitate effulsit, longe quippe diuersa ab illo *Weissenburgo Thuringiae*, quod *Scheipliz* nunc appellatur, et ab illo *Franconiae* in *Nordgauia* ad flumen *Altmublum*, quod municipii Germanici iura adhuc tuetur.

Geographi adnotant, *Alsaticum Weissenburgum* discriminis causa *Cronweissenburgum* uocatum esse, seu quod praesul ibi infulatus principalis dignitatis, seu quod regum *Anstrasiae* quondam peculium, esset. Varie autem scriptum passim inuenimus, *Weissenburg*, *Wissenburg*, *Wizenburg*, *Wyzanburg*, *Wizaburg*, uocatum etiam *Leucopolis*, *Album Castrum*. In *Regimonis Chronico* aliquoties pro *Weissenburgensi Wirtzburgense* monasterium per errorem scriptumprehendimus. De
Weis-

libr. II. edit.
Pist. Tom. p.
82. sq.

Weissenburgo Thuringiae ad Vnstrutam conf. Fabricii
Orig. Sax. De Weissenburgo Nordgaviae conf. Jo. Henr. libr. II. p. 84.
de Falckenstein Codex Diplomaticus Nordgaviae in Tabul.
Geograph. et p. 22, 88, pluribusque sqq. Ceterum de dis-
crimine trium Weissenburgorum conf. Gabriel Bucelinus P. II. p. 305.
Germ. Sacr. et Topograph. P. II. p. 427.

THESIS II.

Quamvis diploma illud Dagoberti, quod Trithe-
mius et Munsterus recensent, omnino sublestae
fidei sit, non tamen a Dagoberto II, sed a Dagober-
to I, Francorum rege, nec eo quidem adolescen-
te, sed iam prouectae aetatis uiro, sacra curia
Weissenburgensis condita est.

§. I.

Jo. Trithemius in Chronico de regum Galliae origine ac rebus
gestis, et Sebastianus Munsterus in nouo Cosmographico
opere, recensent diploma tale, quod Carolus le Comte sup-
positum, et a monacho confictum, his de caussis ex-
istimat, quia (α) additus clausulae annus Christi sit, ut
Munsterus, Braschius, et Eisengrinus, tradunt, 1000, ut
ut Trithemius ipse, 1000, quod tamen Dagoberti
aetate prorsus insolitum fuit, uti ex ceteris eius diplo-
matibus apparet. (β) idem uisum, quod obtigisse Da-
goberto in eo dicitur, iisdem uerbis in diplomate Hasel-
bacensis canobii, a Dagoberto conditi, repetitur. (γ) in
eo sola rerum sacrarum direptio, non alia Dagoberti
flagitia, quae Fredegarius enarrat, recensentur. (δ) in eo
priuilegi cudendae monetae, et aduocati monasterii, fit
mentio, quorum neutrum est illorum temporum, sed
multo posteriorum. Accedit his, quod Dagobertus I patri
du Chesne mor-P. 758.

Annal. Tom.
VIII. ex Ap-
pend. ad Hist.
Garb. Ioann.
Mag.

in Diatriba
de tribus Da-
gobertis.

in Hist. Sanct.
Alsar.

Conf. Pro-
gramma no-
strum de
Theologia Da-
goberti III Id.
Octobr. ∞ 1000
xxxx editum.

cap. XXXVII
in Leibnicii
Scrip. Germ.

mortuo demum A. C. 1000 successit, nec xvi annis
amplius regnavit, adeoque ante A. C. 1000 conde-
re coenobium non potuit, quod se, suscepto post patris
mortem regno, demum condidisse ipse in diplomate pro-
fiteatur. Id ipsum autem diploma diuersum est ab eo,
quod *Baronius* adducit.

§. 2.

Godofredus Henschenius, ut laudem conditi coenobii *Weissen-
burgensis Dagoberto II*, Francorum regi, uindicaret, per-
motus est inscriptione sepulchrali, quam in *Weissenbur-
gensi coenobio* existere ex *Idoco Coccio* didicit. Est ea
huius carminis: HIC RECONDITVM EST INTE-
GRVM CORPVS B. IRMINAE VIRGINIS FILIAE
DAGOBERTI REGIS FRANCORVM FVNDATO-
RIS HVIVS MONASTERII. Illam uidelicet *Irminam*
Dagoberti II filiam fuisse ait, sed eius, cuius pater *Childe-
ricus* 1000 mortuus sit. At magnam prodit bonus
uir rerum Francicarum ignorationem. *Sigeberti*, non
Childerici, filius fuit, qui communiter *Dagobertus II* ap-
pellatur, nepos *Dagoberti I*. Qui autem *Dagobertus III*
uulgo censetur, incertum, frater, an filius, *Childerici III*,
aetate fuit multo posterior. Enimuero si, quod tradunt
Gesta Treuirorum, *Modoalái*, *Treuirensis* Episcopi, aeta-
te in palatio regis, quod *Horreum* uocatum est, *D. Mariae*
Deiparae constructa curia, et instituta ibi uirginum con-
gregatio, eique *Irmina* praefecta est, *Irmina* illa *Dago-
berti I*. filia fuerit, necesse est. Sed fuerit, si placet, *Dago-
berti II* filia *Irmina*. Quid caussae erat, cur non in
Horreo, cui praefuerat, sed *Weissenburgi*, ubi sodalitas
uirorum erat, uirgo sepeliretur? Nimirum translata
eius ossa, pro superstitione illorum temporum, ex *Hor-
reo* fuerunt *Weissenburgum*, quemadmodum translata
deinceps *Weissenburgo* sunt *Spanhemium*, teste *Ioanne*
Trit-

Tribenio, nihilominus inante inscriptione illa sepul-
chrali integra. Sed *fundatoris* tamen *monasterii filia* in Chron. Spateim. ad
Irimina conceptis uerbis dicitur. Si translatum cadauer A. C. 618.
eius ex *Horreo* fuit, *Dagobertus II* fuerit, oportet, illius
Horrei conditor, si filia eius *Irimina* fuit. Sin conditum ab
initio in *monasterio Weissenburgensi* fuit, *Dagobertus I*
pater eius fuerit, necesse est.

§. 3.

In eo namque omnes rerum iis temporibus gestarum con-
di. ores consentiunt, *Principium*, primum *coenobii Weis-*
senburgensis abbatem, *Sigeberto*, filio *Dagoberti I*, patre
Dagoberti II, regnante, *Episcopum Spirensem* fuisse
constitutum, tum autem, quum a *Dagoberto* dedicaretur
Weissenburgensis curia, *Spirensem Episcopum* fuisse
Athanasium, quem *indices Episcoporum Nemetensium*
omnes priorem *Principio* ponunt. Condidit autem
Dagobertus, ut ipse ait in diplomate, curiam sacram
Weissenburgensem, postquam, *Lothario* patre mortuo,
paterni regni curam susceperat, uiuendique ductus leuitate,
regalis officii debitum neglexerat, et maxime, inter alios
excessus, *ecclesiarum Dei destructor et dissipator* fuerat,
nec diuinæ maiestatis oculos, nec hominum ueritus acclama-
tionem, imo postquam *Dei benignitas, obstinatae mentis*
superbiam conterens, uirga correctionis iniquitates eius
corregerat, et castigato ueniam non negarat. Tum uero
concepit uotum de extruenda illa *curia*, ac tandem sub
spe remissionis peccatorum reddidit *alacri studio uotum,*
quod fecerat. Cetera. Pater *Dagoberti I. Lotharius II,*
mortuus est mense *Aprili 1000 xxxi.* Ex eo tempore
spatium et male actae, et emendatae, uitae, et concepti
uoti, datum *Dagoberto* fuit ante, quam de extruenda
curia Weissenburgensi statueret. Rediit autem ad frugem
Dagobertus anno regni sui octauo, teste *Aimonio*, et

) (3

Lau-
VI. Febr.

libr. III. cap.

XX. Tom. II.

Vit. Sancti. d.

l. c.
in Chronol.
Monaster.
Germ. p. 5.
sqg. in Cente-
nariis
in Germ. Sacr.
p. 205. sqq.
in Annal Rom.
I. L. XIII. p.
384. sqq.

Laurentio Surio, adeoque A. C. 100xxxviii. Non igitur
 adolescens admodum, quum Austrasiae regnum, patre
 uiuo, administraret, A. C. 100xxiii, quod *Carolus le Cointe*,
 auctoritate *Casparis Bruschi*, et *Guilielmi Eisengrini*,
 motus, refert, nec A. C. 100xxx, quod *Gabriel Bucelinus*,
 et *Io. Mabillon* e *brevibus annalibus Monasterii Gregoriani*
in Alsatia contendit, sed aetate prouectior, et circa
 idem tempus, quo testamentum publicauit, A. C.
 100xxxiiii, regni sui *decimo quarto*, quum uiam sibi ad
 felicem e uita exitum munire uellet, *Weißenburgense*
coenobium condidit, conditum regali munificen-
 tia ditauit.

§. 4.

in Hist. Sanct.
Alsar. An-
nal. Tom. I. L.
XVI. p. 329.

l. c.
l. c.

in Chrono-
graph. ad A.
C. 15CLVII
edit. Pistor.
Tom. I. p. 534.
in Vratisii
Tom. II. p. 74.

Illud autem e *tabulis a Iodoco Coccio* allatis *Io. Mabillon* re-
 cte docet, *Dagobertum II*, Austrasiae regem, consilio
Rathfridi, abbatis tertii *Weißenburgensis*, balnea, quae
Adrianus et *Antoninus*, Imperatores, quondam trans
 Rhenum aedificarant, *Weißenburgensi curiae* anno re-
 gni sui secundo contribuisse, eamque donationem fi-
 de publicarum literarum firmasse. Id factum esse A.
 C. 106LXIII *Caspar Bruschi* narrat, *Godofredus Hens-*
schenius autem ultra A. C. 106LXXIII profert. Pueru certe
 adhuc *Dagoberto II* id factum esse oportuit. Erat
 enim is a patre paruulus relictus, et *Grimoaldi* fidei in
 spem regni Austrasiae educandus traditus, sed ab eo
 insidiose circumuentus, regnoque priuatus ante, quam
 imperare puber posset, teste *Sigeberto Gemblacensi*, et
 auctore incerto *Fragments Hist.*

THESIS III.

Weißenburgense coenobium fuit inde a primordio
 suo praestantissimorum, pro quorumque tempo-
 rum

rum ratione, ingeniorum seminarium, donec, direptum aliquoties, et exustum ab hostibus, uixque ac aegre restitutum, magnam pristini decoris partem amisit.

§. 1.

Ex iudiciis certe abbatum *VVeissenburgensium*, quos *Gabriel Bucelinus*, *Caspar Bruschius*, et *Io. Mabillon*, afferunt, liquet, quamplurimos eorum et ingenii monumentis eminuisse, et ad regenda certarum prouinciarum sacra, et infulas *Episcoporum* atque *Archiepiscoporum* capessendas, euocatos fuisse. Eluxit autem circa A. C. 1000 in eo monasterio maxime ingenium *Otfridi*, monachi, eximii suae aetatis poëtae, cuius carminum magnam partem nobis illustris *Io. Schilteri* industria seruauit. Tantum abest, ut *VVeissenburgense coenobium Corbeiense*, aut aliis, ingeniorum praestantia et copia concedat, nec nomen *castris sapientiae*, quod ei *Bruschius* tribuit, mereatur.

in Germ. Sacr. P. II. p. 94. sgg. in serm. Monast. Germ. p. 15. sgg. Annual. Tom. I. L. XIII. p. 384 sgg. in Thesaur. Ling. Germ. Tom. I.

l. c.

§. 2.

Quibus sit calamitatibus afflictum, quoties hostili furore, aut intestinis discordiis, direptum ac uastatum, *Weissenburgense coenobium*, *Caspar Bruschius* annotauit. In eius et instauratoribus, et amplificatoribus, memorantur praeter *Principium*, primum abbatem, qui a *Dagoberto I*, rege, multa beneficia, et *Rathfridum*, abbatem tertium, qui a *Dagoberto II* thermas *Badenses* coenobio impetrauit, *Pirminius*, *Meldensis Episcopus*, qui monachorum uitis deformatum, l. c. 1000 ad regulam *D. Benedicti* reuocauit, *Grimaldus*, abbas decimus quartus, qui, quod *Ludouico* regi charissimus esset, A. C. 1000 mul-

l. c.


Conf. Mabillon l. c. Bruschius l. c. Bucelinus l. c.

2K 110 4343 X 313 4135

multis accessionibus auxit monasterium, *Gisillarius*,
 abbas uicesimus quintus, qui ab *Orbone*, duce quodam,
 exustum monasterium, A. C. 100000LXXXV restituit,
Samuel, abbas uicesimus nonus, qui iterum, *Luitbarde*
 abbate, exustum reparauit A. C. 1010LXXXIII, *Fridericus*,
 abbas quadragesimus secundus, qui oppidum *VVeissen-*
burgum primus muro cingere coepit A. C. 101000LX,
Edelinus, *Fridericum* secutus proxime, qui perfecit muros
 oppidi, fossisque, turribus, ac propugnaculis, firmauit,
 denique uetustate passim collabascens monasterium
 refecit, A. C. 101000LXIII, et sequentibus. *Ridigerus*,
 denique, abbas quinquagesimus octauus, cognomento
Piscator, disciplinae rigidioris pertaesus, liberioris au-
 dus, auro se corrumpi passus est, ut, praeter institutum
 maiorum, *D. Benedicti* regulam desereret, *abbatiae* titu-
 lum cum titulo *Praepositurae saecularis* commutaret,
 seque mortuo et *VVeissenburgense coenobium*, et illud
D. VValpurgae prope *Hagenoam*, quod A. C. 101000LXXXIII
VVeissenburgensi contributum fuerat, peculio *Episcopo-*
rum Spirensium, consentiente *Carolo V.* Imperatore, et
Paulo III, P. M., adscribi pateretur. Pactum id est
 A. C. 101000XXVI, confectumque A. C. 101000XXXV, poste-
 ro que anno 101000XXXVI *Philippus a Flersheim*, Episco-
 pus *Spirensis*, non solum *Praepositi VVeissenburgensis*
 titulum usurpare coepit, uerum etiam aeterna
 lege sanxit, ut *VVeissenburgensis*
Praepositura in Episcopi *Spirensis*
 peculio esset.



42



B.I.G.

Farbkarte #13

II n
4373

VINDICIAE WEISSENBVRGENSIS
COENOBII

SECVNDVM VERAM ORIGINEM ET FORTVNAM
DATAE

IN ILLVSTRI AFRANEO

PRAESIDE

M. THEOPHILO GRABENERO

RECTORE


RESPONDENTE

GOTTHELF FRIDERICO HILDEBRAND

DRESDENSI

AD D. XVIIII. DECEMBER.

∞ IC CC XXXXI.



MISENAE, EX OFFICINA LOEWIANA.

